

Sciendum etiam ne
quis ignarum ex si-
militudine nume-
rorum error inuoluat. quod
sicubi in subnotatione cano-
num distinctorum. in cano-
ne quolibet tres euangeliste.
bis. ter. uel quater. aut etiam
amplius eundem numerum
per ordinem habuerint anno-
tatum. et quartus e contra-
rio discrepantes quod idcirco
illi in eo loco semel dixerint.
quartus totiens in corpore
uoluminis sui ponat. quo-
tiens diuersi numeri in eius
canone positi sint contra pre-
dictorum numerorum con-
tinuatas similitudines. Item
si in uno quolibet eorum. aut
etiam duobus. idem in canone
numerus bis. ter. quater. aut
eo amplius reperiatur in or-
dine collocatus. et dispa-
res inueniantur in ceteris: du-
bium non erit quin id quod
illius illorum uel canonis
numerus bis. ter. quater re-
petitum ab his in uolumi-
ne semel dictum est. alter

alter uel eorum totiens uno
atque eodem sensu loquantur.
quotiens preterierint in nu-
merorum annotatione di-
stantiam: et hoc in omni-
um nouem canonum colla-
tione seruabitur. Ceterum
in decimo. quoniam propria singu-
lorum tantummodo con-
tinentur: non potest con-
tinuo comparatio esse quod solus est.

EXPLICIT ARGVMENTVM